GRATIANUS

Admont, 2. Hälfte 12. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

aliud quod scribit in epistola ad hebreos. Non dico tibi ut te prodas in publicum
neque apud alios te accuses. sed obedire te volo prophete dicenti. Reve
la viam tuam ante dominum. Ergo tua confitere peccata apud deum verum iudicem
cum oratione delicta tua pronuntia non lingua. sed conscientie tue me
moria. et tunc demum spera te misericordiam posse consequi. si habueris in mente pec
cata tua continue numquam malum adversus proximum in corde tenebis.
Non ita intelligendum est ut sine confessione oris peccata dicantur dimitti. sed si
ne publica satisfactione. Secreta namque peccata secreta confessione et occul
ta satisfactione purgantur. nec est necesse ut qui semel sacerdoti confessi fuimus
denuo confiteamur. sed lingua cordis non carnis apud iudicem verum ea iugiter confi
teri debemus. Similiter et illud prosperi intelligitur. Quorum crimen suum ultro agnoscunt et aut per se ipsos
illud confessionibus produnt aut nescientibus aliis quales occulti sunt et cetera. aliis
nescientibus. id est occulta confessione istis peccatum suum confitentibus non publice illud
manifestantibus. Item illud prophete. Tibi confitebor et tu remisisti. id est remissibi
le iudicasti impietatem peccati mei. Ita et illud augustini intelligitur. Mag
na pietas domini ut ad solam promissionem peccata dimiserit. id est remissibilia
iudicaverit. Item votum pro opere reputatur cum deest facultas operis. Unde votum
confessionis reputatur pro opere vocis cum deest facultas confessionis. ITEM. Vo
luntas remuneratur non opus, ita intelligitur. Voluntas facit opus remunerabile non opus
voluntatem. Item illud. In quacumque hora peccator conversus fuerit. Conversus dicitur qui S. xxvii. Q. vii. His aqb.
omnino vertitur. Omnino vertitur cuius opus vox et cogitatio ita mortifica
tioni desudat peccati sicut prius servierat iniquitati. Ita et illud intelligitur.
Convertimini ad me et cetera. ITEM. Scindite corda vestra et non vestimenta vestra. eis
dicitur qui nulla interiori satisfactione precedente sola exteriori se deum pos
se placare confidunt. Item cuncta que de leprosis mundatis vel de lazaro
suscitato inducuntur. ad contritionem cordis non ad veniam remissionis refe
renda sunt. Obstinatio autem animi et confessionis contemptus quedam mors est im
pietatis et lepra superbie. a qua quisque revixerit. dum per gratiam dolorem delicti
et votum confessionis inspiratur. Adhuc et ad articulum pertinent ea que de viven
tibus vel in luce ambulantibus. vel de dilectionem dei habentibus. vel de habitacu
culum spiritus sancti factis dicta sunt. ut hec omnia quisque dicatur assecutus ex cordis
contritione quamvis habet. non ex plenaria peccati remissione quam nondum invenit.